

BALTASIS SEKMADIENIS (ATVELYKIS)

Senovėje šį sekmadienį ką tik pakrikštytieji nusivilkdavo savo baltus drabužius, todėl lotynų tradicijoje jis buvo pavadintas „Baltuoju sekmadieniu“ – „Dominica in Albis“. Šiandien baigiasi Velykų oktava. Tačiau ką tik pakrikštytųjų širdyse visada turėtų tęstis gavėnia, pasireiškianti gyvenimo tyrumu. Bažnyčia nepalieka tų, kuriuos atvedė prie krikštyklos; ji stiprina jų tikėjimą (Apaštalo skaitinys, Evangelija), kaip naujagimius maitina žodiniu savo mokymo pienu (introitas).

Introitus

1 Pet. 2, 2. Quasi modo gēniti infāntes, allelūia: rationābile, sine dolo lac concupīscite, allelūia, allelūia, allelūia.

Ps. 80, 2. Exsultāte Deo, adiutōri nostro: iubilāte Deo Iācob.

Collecta

Præsta, quæsumus, omnīpotens Deus: ut, qui paschālia festa perēgimus; hæc, te largiēnte, mōribus et vita teneāmus. Per Dōminum nostrum...

Epistola

Lēctio Epīstolæ beati Ioānnis Apostoli. (1 Ioann. 5, 4–10)

Carīssimi: Omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum: et hæc est victōria, quæ vincit mundum, fides nostra. Quis est, qui vincit mundum, nisi qui credit, quōniam Iesus est Fīlius Dei? Hic est qui venit per aquam et sānguinem, Iesus Christus: non in aqua solum, sed in aqua et

Introitas

1 Pt 2, 2. Tarsi ką tik užgimę kūdikiai, aleliuja, dvasiniai ir be klasotos, troškite pieno, aleliuja, aleliuja, aleliuja.

Ps 80, 2. Džiaukitės Dievu, mūsų padėjėju; linksmi šūkaukite Jokūbo Dievui.

Kolekta

Meldžiame Tave, visagali Dieve, suteik, kad mes, kurie velykines iškilmes užbaigėme, Tau dosniai dovanojant, jas papročiuose ir gyvenime išlaikytume. Per mūsų Viešpatį...

Epistolė

Skaitinys iš šventojo apaštalo Jono pirmojo laiško. (1 Jn 5, 4–10)

Mylimieji: Juk kiekvienas, kuris gimęs iš Dievo, nugali pasaulį, ir štai pergalė, nugalinti pasaulį: mūsų tikėjimas! O kas gi nugali pasaulį, jei ne tas, kuris tiki, kad Jėzus yra Dievo Sūnus?! Tasai yra, kuris atėjo per vandenį ir kraują: Jėzus Kristus; ne vien per vandenį, bet

sáanguine. Et Spíritus est, qui testificátur, quóniam Christus est véritas. Quóniam tres sunt, qui testimónium dant in cælo: Pater, Verbum, et Spíritus Sanctus: et hi tres unum sunt. Et tres sunt, qui testimónium dant in terra: Spíritus, et aqua, et sáanguis: et hi tres unum sunt. Si testimónium hóminum accípimus, testimónium Dei maius est: quóniam hoc est testimónium Dei, quod maius est, quóniam testificátus est de Fílio suo. Qui credit in Fílium Dei, habet testimónium Dei in se.

Alleluia

Alleluia. Alleluia.

Matth. 28, 7. V. In die resurrectiónis meæ, dicit Dóminus, præcédam vos in Galilæam. Allelúia.

Ioann. 20, 26. V. Post dies octo, iánuis cláuis, stetit Iesus in médio discipulórum suórum, et dixit: Pax vobis. Alleluia.

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélij secundum Ioánnem. (Ioann. 20, 19–31)

In illo témpore: Cum sero esset die illo, una sabbatórum, et fores essent cláusæ, ubi erant discípuli congregáti propter metum Iudæórum: venit Iesus, et stetit in médio et dixit eis: Pax vobis. Et cum dixísset, osténdit eis manus, et latus. Gavísi sunt ergo discípuli, viso Dómino. Dixit

per vandenį ir kraują. Ir Dvasia tai paliudija, nes Dvasia yra tiesa. Mat yra trys liudytojai: Dvasia, vanduo ir kraujas, ir šie trys sutaria. Jeigu priimame žmonių liudijimą, tai Dievo liudijimas didesnis. O Dievo liudijimas toksai: jis yra paliudijęs apie savo Sūnų. Kas tiki Dievo Sūnų, tas turi savyje tą liudijimą.

Aleliuja

Aleliuja. Aleliuja.

Mt 28, 7. V. Savo prisikėlimo dieną, sako Viešpats, aš eisiu pirma jūsų į Galilėją. Aleliuja.

Jn 20, 26. V. Po aštuonių dienų, durims esant užrakintoms, Jėzus atsistojo viduryje savo mokinių ir tarė: „Ramybė jums.“ Aleliuja.

Evangelija

Šventosios Evangelijos pagal Joną tęsinys. (Jn 20, 19–31)

Anuo metu: Tos pirmosios savaitės dienos vakare, durims, kur buvo susirinkę mokiniai, dėl žydų baimės esant užrakintoms, atėjo Jėzus, atsistojo viduryje ir tarė: „Ramybė jums!“ Tai pasakęs, jis parodė jiems rankas ir šoną. Mokiniai nudžiugo, išvydę Viešpatį. O Jėzus

ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflavit, et dixit eis: Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiséritis peccata, remittuntur eis: et quorum retinueritis, retenta sunt. Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clavorum, et mittam digitum meum in locum clavorum, et mittam manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus: et Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, et stetit in medio, et dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum: et noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas et dixit ei: Dominus meus, et Deus meus. Dixit ei Iesus: Quia vidisti me, Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, et crediderunt. Multa quidem et alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quia Iesus est Christus Filius Dei: et ut credentes, vitam habeatis in nomine eius.

Offertorium

vël tarè: „Ramybè jums! Kaip mane siuntè Tèvas, taip ir aš jus siunčiu.“ Tai pasakęs, jis kvèpè į juos ir tarè: „Imkite Šventąją Dvasią. Kam atleisite nuodèmes, tiems jos bus atleistos, o kam sulaikysite, – sulaikytos.“ Vieno iš dvylikos – Tomo, vadinamo Dvyniu, – nebuvo su jais, kai Jèzus buvo atèjęs. Taigi kiti mokiniai jam kalbèjo: „Mes matème Viešpatį!“ O jis jiems pasakè: „Jeigu aš nepamatysiu jo rankose vinių dūrio ir neįleisiu piršto į vinių vietą, ir jeigu ranka nepaliesiu jo šono – netikèsiu.“ Po aštuonių dienų jo mokiniai vël buvo kambaryje, ir Tomas su jais. Jèzus atèjo, durims esant užrakintoms, atsistojo viduryje ir prabilo: „Ramybè jums!“ Paskui kreipèsi į Tomą: „Įleisk čia pirštą ir apžiūrèk mano rankas. Pakelk ranką ir paliesk mano šoną; jau nebebūk netikintis – būk tikintis.“ Tomas sušuko: „Mano Viešpats ir mano Dievas“! Jèzus jam ir sako: „Tu įtikėjai, nes pamatei. Palaiminti, kurie tiki nematę!“ Savo mokinių akivaizdoje Jèzus padarè dar daugel kitų ženklų, kurie nesurašyti šitoje knygoje. O šitie yra surašyti, kad tikètumète, jog Jèzus yra Mesijas, Dievo Sūnus, ir tikèdami turètumète gyvenimą per jo vardą.

Ofertorijus

Matth. 28, 2, 5 et 6. Ángelus Dómini descéndit de cælo, et dixit muliéribus: Quem quæritis, surréxit sicut dixit, allelúia.

Secreta

Súspice múnera, Dómine, quæsumus, exsultántis Ecclésiæ: et cui causam tanti gáudii præstitisti, perpétuæ fructum concéde lætitiæ. Per Dóminum nostrum...

Præfatio paschalis

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare: Te quidem, Domine, omni tempore, sed in hac potissimum die gloriosius prædicare, cum Pascha nostrum immolatus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui abstulit peccata mundi. Qui mortem nostram moriendo destruxit et vitam resurgendo reparavit. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cælestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes: Sanctus.

Communio

Ioann. 20, 27. Mitte manum tuam, et cognósce loca clavórum, allelúia: et noli esse incrédulus, sed fidélis, allelúia, allelúia.

Postcommunio

Quæsumus, Dómine, Deus noster: ut sacrosáncta mystéria, quæ pro reparatiónis nostræ munímine contulisti:

Mt 28, 2, 5 ir 6. Viešpaties angelas nusileido iš dangaus ir tarė moterims: „Tas, kurio ieškote, prisikėlė, kaip buvo sakęs“, aleliuja.

Sekreta

Meldžiame Tave, Viešpatie, priimk džiūgaujančios Bažnyčios atnašas ir amžinosios linksmybės vaisių suteik tai, kuriai davei progos džiauotis. Per mūsų Viešpatį...

Velykinė prefacija

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga būtent Tave, Viešpatie, visą laiką, o ypač šią dieną – dar garbingiau šlovinti, nes mūsų Pascha yra paaukotas Kristus. Jis iš tiesų yra tikrasis Avinėlis, kuris panaikino pasaulio nuodėmes. Mirdamas Jis mūsų mirtį sugriovė, ir prisikeldamas gyvenimą atstatė. Todėl su angelais ir arkangelais, su sostais ir viešpatystėmis, ir su visa dangaus armijos kariauna giedame Tavo garbės himną, be perstojo sakydami: Šventas.

Komunija

Jn 20, 27. Pridėk savąją ranką ir patirk vinių vietas, aleliuja; ir nebūk netikintis, bet tikintis, aleliuja, aleliuja.

Postkomunija

Meldžiame Tave, Viešpatie, mūsų Dieve, kad švenčiausiosios paslaptys, kurias mums davei mūsų atgi-

et præsens nobis remédium esse | mime, būtu mums vaistas dabarčiai
fácias, et futúrum. Per Dóminum | ir ateičiai. Per mūsu Viešpatį...
nostrum...